GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 65r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



la equanimiter tolerat. & cū superbor
dicta audit. humilitatis tramitem
n̄ relinquit. cum magna cordis humi
litate subiunxit dicens. Audite que-
so sermones meos. & agetis penitentiā.
Qui enim cum diceret audite addi
dit queso. cum q̄nta humilitate loq̄
tur insinuat. dum contra se superbien
tes rogat. ut eor sensum ad salutis doc
trinam deducat. Sc̄i aū uiri int̄
scām uniuersalem ecclām non solum
docere recta. s; etiam peruersa tolerare
parati sunt. irrideri non metuunt.
Vnde & subdit. Sustinete me ut &
ego loquar. & post mea si uidebitur
uerba ridete. Boni etenim cū locuntur.
duo sunt que in suis locutionib; at
tendunt. ut uidelicet aut sibi & au
ditorib; suis. aut sibimet solis psunt.
si auditorib; pdesse non possunt. Cū
enim bene audiunt bona que dicunt.
sibi simul & auditorib; psunt. cum u̅
ab auditorib; deridentur. sibi pcul
dubio p̄stiterunt. quos a culpa silen
tii liberos ee fecerunt. Beatus itaq;
iob ut sibi & suis auditorib; psit. di
cit. Audite queso sermones meos. &
agetis penitentiā. Vt aū ipse psol
uat qd debeat. etiam si auditoribus
pdesse non ualeat. subiungit. Susti
nete me ut & ego loquar. & post mea
si uidebitur uerba ridete. Et notandū
quia dū subiungeret agetis peniten
tiam p̄misit audite. cum u̅ subde
ret & post mea si uidebitur uerba ride
te. p̄misit sustinete me. Audire q̄ppe
uolentis est. sustinere nolentis. Amici
u̅ eius si doceri appetunt audiant. si aū
irridere parati sunt sustineant que di
cunt. quia uidelicet superbis mentibus
graue est pondus oneris. doctrina hu
militatis. SEQVIT. Nunq̄d contra
hominem disputatio mea ē. ut merito
non debeam contristari. Omnis qui dō
placens hominib; displicet. causas tristi
cie nullas habet. Qui aū aut hominib;
placens dō displicet. aut simul dō &
hominib; displicere sese credit. si hunc
tristicia non afficit. a uirtute sapien
tie alienus existit. Beatus aū iob displi
cuisse se dō inter flagella credidit. &
idcirco animum ad tristiciā uocauit.
quia despiciendus non erat cui se displi
cuisse formidabat. Si autē de uite sue
meritis contra hominem disputaret.
nequaq̄m contristari debuisset. S; quia
p presentia flagella anceps factus de
ante acta uita fuerat. in flagello tristi
ciam uire req̄rebat. Vnde etiam sub
dit. Attendite me & obstupescite. id ē
considerate que egi. & ammiramini
in hac pcussione mea que patior. Qui
adhuc recte subinfert dicens. Et suppo
nite digitum ori uro. Ac si apte dicat.
Scientes bona que egi & considerantes
mala que patior. uosmet ipsos a uerbor
culpa compescite. atq; in meis pcussio
nib; uā dampna formidate. Vel certe